UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Solitudo

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

rent, gladio ſuæ quietis extincti ſunt. Nonnulli hominum ita otio ſæ mentis ſunt, vt ſi eos labor occupationis excipiat, in ipſa operis inchoatione ſuccumbant. *ibid.*

In iſtis viſibilibus, quæ intuemur, cor noſtrum extra ſe ſpargitur, & quicquid de intrinſecus agatur, obliuiſcitur, dum extrinſecus occupatur. *ibid.*

Occupatio ſecularium dignitatum tanto facilioribus vitiis premitur, quanto maioribus curis grauatur. *ibid.*

Sæpe miſericors Deus, quos ſuos tenere diligit, eos ſolicite ab exterioribus actionibus cuſtodit. Nam & plerunque paterfamilias ad eum laborem ſeruos dirigit, à quo ſubtiles filios ſuſpendit. *ibid.*

Præoccupatum quippe ſecularibus deſideriis animum delectatio ſancta declinat, nec miſceri poterunt vana veris, æterna caducis, ſpiritualia corporalibus, ſumma imis: vt pariter ſapiat, quæ ſurſum ſunt, & quæ ſuper terram. *Bern. in quodam ſerm.*

Cor m…um, quanto futurum non curat gaudium, implicatur amore terreſtrium: cumq; illis inuoluitur, vanitas recipit, curioſitas deducit, voluptas inficit, cupiditas afficit, luxuria inquinat, torquet inuidia, cruciat triſtitia, turbat iracundia, ſicq; miſer caſibus, vitiis omnibus, & quaſi per multa mens diſpergitur, quærit, nec inuenit, vbi requieſcere poſſit. *ibid.*

Nequaquam vlterioris cura diei te conterat: cuius enim diei ſpatium te viſurum neſcis, quam ob cauſam illius ſolicitudine torqueris? *Chryſ. ſup. Matth. 6.*

O infelix animal quid ſolicita es erga plurima? porro cum vnum ſit neceſſarium, dilige vnum, in quo ſunt omnia, & ibi fige cor tuum, & deſiderium. Nam felices illius ciuitatis ciues, cuius participes in idipſum: mundum enim tranſit, & concupiſcentia eius. *Rich. de ſanct. Vict.*

Solicitus dicitur, quaſi ſolens citus, in quantum ſcilicet aliquis ex quadam ſolertia animi velox eſt ad proſequendum ea, quæ ſunt agenda. *Iſid. l. 2. Etymol.*

Sicut homo nunquam inuitus bene ſeruit: ita nec occupatus bene commodata cuſtodit. *Max. Epiſc.*

¶ Similitudines.

Chryſoſtomi, Sicut oculus quanto mundior fuerit, tanto longius videt: Sic & anima, quanto longior fuerit à ſolicitudine mundiali, tanto amplius Deo proximior eſt *in c. 5. Matth. hom. 10.*

Sicut viator in via nihil ſolicitus eſt, niſi quod neceſſarium habet ad vſum: Ita & homo in tranſitu mundi nihil debet eſſe ſolicitus, niſi quod opus habet ad vſum. *in c. 13. Matth. hom. 31.*

Quemadmodum fieri non poteſt, vt qui nauigant, abſq; cura ſint. Ita & hi, qui vitam hanc fragilem viuunt, abſq; ſolicitudinis angore eſſe non poſſunt. Si diues fuerit, plurimæ illi mœſtitiæ occaſiones: ſi rex, curis deſtinetur innumeris. *id 2. ad Tim. hom. 1.*

Thriueri, Solicitudo hominem extenuat, & ſubinde res illius Deus quam maxime proſperat, qui minime curat. *in apoph. 102.*

¶ Adagia.

Tantali lapis. Ταντάλιον λίθον,

Tantali lapidem vocant imminens capiti periculum.

Mens eſt in tergoribus. ὁ νοῦς ἐςιν ἐν τοῖς σκύτεσιν.

De ſolicitis dictitari ſolitum, quique malum aliquod imminens timere videntur. Heſych.

Ναυκυσσορεύειν.

Dicebantur, qui ſtudio quippiam eleuarent.

Σκύτη βλέπει.

Id eſt: vt verbum verbo reddam, Tergora tuetur. Confine proximo, quo ſignificabant quempiam præ ſe ferentem vultu, quod mali quippiam inſtare ſuſpicaretur, idq; coniecturis aliquibus colligeret.

Animus eſt in coriis.

Interpres admonet huius prouerbii σκύτη βλέπει. de his, qui iam ad bellum ſpectant. Licebit vti, quum ob ſolicitudinem erit aliquis ad id, quod agitur, in præſentia parum attentus.

Similes videntur captiuis ex Pylo. ἐοίκασι, τοῖς ἐκ Πύλου ληφθεῖσι τοῖς Λακωνικοῖς.

Dici ſolitum de iis, qui vultu miſerandi: nempe pallidi, ſqualidi, macilenti. Sie ſehen / als weren ſie auß dem Grab kommen / oder von den Todten auff erſtanden/

Arctum annulum ne geſtato. μὴ φορεῖν ςενὸν δακτύλιον.

Hoc eſt: (interprete D. Hieronymo) Ne vixeris anxie.

Cor ne edito. μὴ ἐσθίειν τὴν καρδίαν.

Hoc eſt: ne curis tuum ipſius animum excrucies. Laß die Vögelein ſorgen. Item, Nage dir das Nertz nicht ſelbſt ab.

In via ne ſeces ligna.

Non eſſe diſcruciandam vitam curis, & anxiis cogitationibus. quidam exponunt.

Vide Cura, & Curioſitas.

Solitudo.

¶ Definitio.

Solitudo, Græce ἔρημος, ου, ὁ, dicitur, & non eſt de eſſentia perfectionis, ſed eſt in…umentum congruum contemplationi, non autem actioni. *ſecund. B. Thom. ſecund. Secund. quæſt. 188. art…*

¶ Loci Biblici.

Solitarii moleſtia vana. *Eccl. 4. v. 7. 8.*

¶ Sententiæ Patrum.

Minus voluptatibus ſtimulatur, qui non eſt, vbi freque… ptatum, & minus auaritiæ moleſtias patitur, qui diuitias… *Aug lib. de ſingular. Cler.*

Sapiens nunquam ſolus eſſe poteſt, habet enim ſecum… qui ſunt, & qui fuerunt boni, & animum liberum quocu… profert & transfert, & quod corpore non poteſt, cogita… plectitur: & ſi hominum inopia fuerit, loquitur cum De… quam bonus ſolus erit. *Hier. contra Iouinia.*

Infinita eremi vaſtitas te terret, ſed tu paradiſum me… bula, quotieſcunque cogitatione ac mente illuc conſcend… es in eremo non eris, ſcabra ſine balneo contrahitur cutis… in Chriſto ſemel lotus eſt, non illi neceſſe eſt iterum lauar… *epiſt ad Heliodo.*

Solitariam vitam nunquid reprehendimus? minime… quam ſæpe laudauimus, ſed de monaſteriis his nolum… Milites quoque eremi dura rudimenta non terreant, qu… conuerſationis multo tempore dederunt, qui omnium… nimi, vt primi omnium fierent: quos nec eſuries, nec… quando ſuperauit, qui paupertate lætantur, quorum hab… inceſſus, vultus, doctrina virtutum eſt. *Epiſt. ad Ruſtic.*

Qui corpore remotus viuit, ſed tumultibus conuerſ… manæ terrenorum deſideriorum cogitatione ſe infert, n… ſolitudine: vero prematur aliquis corporaliter popularit… & tamen nullos ſecularium curarum tumultus in corde… non eſt in vrbe. *Greg. lib. 30. Moral.*

Malum, quod nemo videt, nemo arguit, vbi autem… reprehenſor, ſecurus accedit tentator, licentius perpetra… tas. In conuentu vero, ſi quæ bona agis, nemo prohibe… autem facere ſi vis, non licet: ſi ergo de fatuis virginibus… gregatio tibi neceſſaria eſt, ſi de prudentibus, tu congr… *Bern ad Sophiam virg.*

Quamdiu quis permiſtus eſt turbis, & in multitudine… tium volutatur, non vacat ſoli Deo, nec ſegregatus eſt… poteſt eſſe ſanctus. *Orig. hom. 8 ſup. Leuit.*

Solitudo ſicut nouit emendatis moribus contempla… riſſimam reſerare, & intuitu ſynceriſſimo ſpiritualium… rum ſcientiam reuelare: ita eorum, qui minus emendat… non ſolum ſeruare, ſed etiam exaggerare conſueuit. Ta… ens ſibi quiſque videtur & humilis, donec nullius homin… miſcetur conſortio: ad naturam priſtinam reuerſurus qu… pellauerit cuiuslibet occaſionis commotio. *Ioan. Caſſiod. …* *monach. lib. 8.*

Ioannes eſt princeps Monachorum, ipſe monachus… tus eſt, in eremum iuit, in eremo nutritur, Chriſtum exp… litudine. *Ioan. Chriſ. ſuper Ioan.*

Sicut difficile eſt, arborem iuxta viam poſitam fructus… maturitatem ſeruare: ſic difficile eſt virum iuxta hunc… viuentem, id eſt, in actibus mundi, iuſtitiam immacula… ad finem tenere. Recede ergo de via, & planta te in loco ſe… nec mundus tecum habeat aliquid commune, nec tu cum… *Idem ſuper Matth.*

¶ Poeticæ Sententiæ.

Senec. in Hippolyt.

Non alia magis eſt libera, & vitio carens;
Rituſque melius, vita, quæ priſcos colat,
Quam quæ relictis mœnibus ſyluas amat.

¶ Sententiae Philosophicae.

Proiice, quæcunque cor tuum laniant, quæ ſi aliter e… quirent, cor ipſum cum illis euellendum erat. *Senec. l. 2. e…*

Quidam adeo in latebras refugiunt, vt pateat in turb… quicquid in luce eſt. *Epiſt. 2.*

Lugentem viuentemque cuſtodire ſolemus; ne ſolitud… vtatur. Nemo eſt ex imprudentibus, qui relinqui ſibi debe… enim, quod ſolitudo habet commodum, eſt non timere… *Epiſt. 10.*

Quid prodeſt recondere ſe, & oculos hominum aureſq… bona conſcientia turbam aduocat, mala in ſolitudine anxia… ſolicita. Si honeſta ſunt, quæ facis, omnes ſciant: ſi turpia, … fert neminem ſcire, cum tu ſcias? O te miſerum: ſi contem… teſtem. *Epiſt. 91.*

Qui res & homines fugit, ille eſt, quem cupiditatum… felicitas relegauit, qui alios feliciores videre non potuit, … lut timidum atque iners animal metu occultauit: ille ſibi n… uit, ſed quod turpiſſimum eſt, ventri, ſomno, libidini, non… uit, qui nemini. *Epiſt. 56.*

Viuit is, qui multis vſui eſt, viuit is, qui ſe vtitur: qui v… tant & torpent, mortem ſuam anteceſſerunt. *Epiſt. 61.*

Omnia nobis mala ſolitudo perſuadet, nemo eſt, cui non… us ſit cum quolibet eſſe, quam ſecum. *ibid.*

…ſonent omnia, dum intus tumultus non fit, dum … rixentur cupiditas & timor : dum auaritia luxuriaque … nec altera alteram vexet, bene eſt animo. Nam quid … regionis ſilentium, & affectus fremunt? *Ibidem.*

… præcipue vitandum exiſtimes, quæris? turbam. Nun… te commiſeris, nunquam à turba mores, quam exuli, … quid ex eo, quod compoſui, turbatur, aliquid ex his, quæ … inimica eſt multorum conuerſatio : nam aut aliquid … ingerit, aut commodat, aut imprimit : quo maior eſt … cui miſcemur, hoc periculi plus eſt. *Epiſt.7.*

… damnoſum bonis moribus, quam in ſpectaculo conſi… enim per voluptatem facilius vitia ſubrepunt. *ibid.*

… non tantum ab hominibus, ſed à rebus, & imprimis à re… Qui nihil videntur agere, maiora aiunt. *Epiſt.61.*

… ſolam probantes vitam, quotidie cum difficultatibus … magno animo colluctantur. Sapiens feret iſta, non eliget, & … in pace, quam in pugna. *ibid.*

… dem eſt eſſe ſecum, cum quis ſe dignum duriſſime, quo … efficit. *Epiſt.5.*

… quædam, ne inueniri poſſint, ſua circum ipſa cubilia … Idem tibi faciendum eſt, alioquin non deerunt, qui … : Multi aperta tranſeant, condita & abſtruſa riman… ſignata ſolicitant, vile videtur, quicquid patet. *Epiſt.10.*

… tendum eſt otium, quod inter Deos agitur, quod deos … forte conquereris virtutem abſcondi. Nulla virtus latet, & … non ipſius damnum eſt. *Epiſt.7.4.*

… dinem quærit, qui vult cum innocentibus viuere. Optimus … & pulcherrimus Dei cultor eſt. *Lib. de morib.*

… viuas aliter in ſolitudine, aliter in foro. *ibid.3.*

… multitudinem, fuge paucitatem, fuge & vnum. Vnus pro … mihi eſt, & populus pro vno. Mihi ſatis eſt vnus, ſatis eſt nul…

… rio difficilis eſt vita. *Criſt. l.9. Ethic.*

… ſolitarius, aut Deus, aut beſtia. *idem lib. Politic.*

… occupatus, infelix habitator vrbium, nocte media ſomno … vel clientum vocibus interrupto. Sæpe etiam lucis … ſæpe nocturnis viſis exterritus, mox infelici ſcamno corpus … animum mendaciis. In illis eſt totus, ſeu ille mercibus … facere, ſeu ſocium, ſeu pupillum fallere, ſeu vicini coniu… pudicitia armatam expugnare blanditiis, ſeu litigio iniuſto iu… nefando prætendere : ſeu denique publici priuatiue ali… corrumpere meditatur. Nunc ita præceps, nunc ardens deſide… nunc deſperatione gelatus. Ita peſſimus artifex, ante lucem di… negotii orditur, qua ſe ſæpe atque alios inuoluat.

… ſolitarius, atque felix otioſus, modica quiete recreatus, … que breui non fracto, ſed expleto, & interdum pernoctan… melæ cantibus experrectus, thoroque vix dum leniter ex… pulſiſque temporibus, quietis horis pſallere incipiens iani… ſuorum laborum, vt aggreſſuris inde matutinis laudibus … deuotus expoſcit, & cordis ſui dominum in adiutorium … Nihilque iam viribus ſuis fidens, & imminentium conſcius … diſcriminum, vt feſtinet, obſecrat nullius texendis frau… tentus, ſed Dei gloriam, & ſanctorum laudes non in dies … ſed in horas, & indefeſſo linguæ famulatu, & pio mentis … repetens, ne quando forſan ingrato animo, diuinorum … memoria euaneſcat. Et ſæpe interea (mirum dictu) ſecu… & tepidæ ſpei plenus, memorque præteriti, ac futuri … : læto dolore, felicibus lachrymis abundat : quem ſta… nulla voluptas occupatorum, nullæ vnquam vrbanæ deliciæ, … regnorum faſtus æquauerint. Inde ſuſpiciens cœlum ac ſtellas, … habitantem Dominum Deum ſuum, tota mente ſuſpi… & patriam cogitans, de exilii ſui loco protinus ad ho… cuiuſpiam iucundæque lectionis ſtudium conuertitur. … ita cibis paſtus amœniſſimis, multa cum pace animi, ventu… initium præſtolatur. *Franciſcus Petrarcha de vita ſolita… lib.1. cap.2.*

Vita procul dubio ſingularis ac ſolitaria, non modo tranquillior, … altior eſt atque ſecurior. *ibid. c.4.*

Solitudo veræ lætitiæ alumna videtur. In hac bonæ mentes ſen… delectationem ſitam eſſe : In hac Tullio omnis ſermo cum … erat, in qua Mentem à mœrore & ſolicitudine recreabat : ex … hanc dolores inteſtinos quaſi fouere viſus. *Matth. Agric. in alt. … Aurora.*

¶ Apophthegmata.

Cleanthes conſpiciens quendam ſolitarium, ac ſecum loquen… Haud, inquit, loqueris cum homine malo. Quidam ita refe… : Vide, ne cum homine improbo laquaris : Malis enim pericu… eſt ſolitudo. *Laert. l.7. c.2.*

Pyrrhus deprehenſus aliquando ſolus, ac ſecum loquens, roga… quid ſolus ageret? Meditor, inquit, eſſe probus. Sentiens, ad id … eſſe ſolitudines, inutilem turbam. *Laert. l.9. c.11.*

Antiſthenes ridere ſolebat Athenienſes, ſubinde gloriantes, quod … autochthones, hoc eſt, indigenæ : eo quod non aliunde eo … migraſſent, nec patriam ſedem mutaſſent vnquam, dicens, hoc laudis illis eſſe cum teſtudinibus cochleiſque commune. Nam & hæc animantia nunquam mutant domicilium, in quo naſcuntur. *Laert. l.6. c.1.*

Idem rogatus, quid emolumenti cepiſſet ex philoſophia? Vt mecum, inquit, loqui, ſiue viuere poſſim. Doctus, etiamſi ſolus ſit, non ſentit tædium ſolitudinis : ſed multa præclara ſuo cum animo verſans, atque etiam inutilis. *Laert. l.6. c.1.*

Myſon incertæ patriæ μισάνθρωπος fuiſſe traditur, non alienus à moribus Timonis Athenienſis. Hunc quum quidam forte deprehendiſſet in ſolitudine ridentem, rogabat, quid rideret, quum eſſet ſolus? Atqui ob hoc ipſum, inquit, rideo, ſubindicans, ſibi grauiſſimam eſſe ſolitudinem. *Laert. l.6. c.10.*

Antonius, magnus ille Ægypti monachus, quem ob inſignem pietatem Conſtantinus Imperator plurimum amaſſe fertur, adeo vitam ſolitariam dilexit, vt frequenter dicere ſolitus ſit : Quod piſcis in arido, hoc monachus in oppido. Putauit autem, lethalem eſſe piſcibus extra vndas conuerſationem : nec minus monachum in periculum cœleſtis vitæ & perfectionis ſanctioris amittendæ venire, ſi moras in vrbibus trahat. *Nicephor. Calliſtus lib. 8. cap. 4. Eccleſ. hiſt.*

¶ Similitudines.

D. Chryſoſtomi. Cum athleta tantiſper, dum domi ſe continet, ac cum nemine manus conſerit, imbecillitatem, infirmitatemque ſuam occultare aliis poteſt : vbi vero nudato corpore in arenam decertaturus deſcenderit, tum facile apparet, quid ille poſſit : Eadem ratione, qui priuatam hanc & quietam vitam viuunt homines, ſolitudinem habent ſuorum vitiorum tanquam velamen quoddam, iidem rurſus, cum in medium prodierunt, ſoltudinem illam, ſicut veſtem exuere, ac per externos aduentitioſque motus ſuos ipſorum animos nudos exhibere coguntur. *Lib. 2. de Sacerdotio.*

Seneca. Vt in aperto poſita & expoſita negliguntur ac prætereuntur, abſtruſa petuntur inſidiis : Ita qui valde latet, & vulgo ſemotus eſt, in huius vitam inquirunt homines, *apud Eraſ.*

Roterodami. Vbi complures vna faciunt iter, ſi quis fuerit lentior, ab aliis pergentibus vtcunque protrahitur : ſi quis æquo properantior, à cæteris retardatur. Contra, qui ſolus facit iter, aut ſtudio perueniendi nimium feſtinat, aut tædio itineris reſidet, & obdormiſcit alicubi. Rurſum qui ſolus ambulat, nonnunquam aberrat. Inter multos ſi quis aberrat, non deeſt, qui commonſtret viam. Idem accedit in vita ſolitaria & gregaria. *in ſcholiis in epiſt. ad Ruſticum monachum.*

¶ Adagia.

Ne muſca quidem. *Plaut. in Trucul.*

Significamus autem hac prouerbiali hyperbole maximam ſolitudinem.

Nullum animal quod animal. *M.T. Cic. ad Attic.*

Terent. Veſtigium nullum agnoui. Metagenes certe periit. Fecit iter per poſſeſſionem, in qua animal nullum erat. Id eſt, Maxima ſolitudo.

Scytharum ſolitudo. Σκυθῶν ἐρημία.

Et de ſolitudine inſigni, & de ſummis calamitatibus exitioque dicitur.

Ingens rerum multitudo.

Quum admirandam hominum aut rerum ſeu malorum multitudinem indicare volumus : congruit illud Homeri :

Ὅσσα τε φύλλα καὶ ἄνθεα γίγνεται ὥρῃ.
Ἠΰτε μυιάων ἁδινάων ἔθνεα πολλά.
Quot frondes, & quot ſunt verno tempore flores,
Vtque globatarum muſcarum examina multa.

¶ Exempla Historica.

Tatia Tatii filia, qui Romuli fuit collega in regno, poſtquam in Numæ Pompilii matrimonio tredecim annos fuiſſet, deceſſit, hinc Numa relicta vrbana vita plerunque ruſticari & errare ſolitus fuit, egitque in lucis Deorum, ſacriſque pratis ac ſolitudinibus. *Plut. in Numa.*

Pythagoras anno integro in ſubterraneo quodam ſpecu latuit, vt hominibus aliquando prodeſſet, ab hominum commercio tantiſper abſtinere, deorumque colloquio frui voluit. *Laertius libro ſexto.*

Timon Nicaeus gaudebat hortorum ſeceſſibus ac ſolitudine. Vnde Hieronymus Peripateticus de illo dixiſſe fertur : quemadmodum apud Scythas, & qui fugiunt, & qui inſequuntur, torquent ſagittas : itidem inter philoſophos, alios perſequendo diſcipulos capere, alios fugiendo, ſequitur fama fugientem : & ob idipſum auidius expetitur, qui celebritatem vitat. *Laert. l.9. c.12.*

Timoleon Corinthius, cum fratrem Timophanem tyrannidem affectantem occidi curaſſet, eiuſq; rei nomine à matre diris deuo-

 meretur,

uaeretur, oppreſſus dolore, inſtituit ſe conficere inedia. *Plat. in Timoleonte, & Diod. l.16.*

M. Antonius poſt cladem Actiacam in Ægyptum vectus, relicta vrbe, & amicorum conſuetudine, domicilium ſibi in mari ad Pharum exſtruxit, proiecto in altum aggere, idq; Timonium vocauit, atque ibi extorris ab hominibus egit. *Plut. in Anton.*

Vide Otium, Quies, Silentium. Item Monachus.

Somnium, Somnus.

❡ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

SOmnium Græce ὄναρ, ὀνείρου, τὸ, dicitur. Hebr. Et eſt phantaſma in ſomno factum, id eſt, apparitio phantaſtica in ſomno facta. *ſec. Ariſt. l. de ſomno & vigilia.*

Somnium à Chryſippo ſic diffinitur: Somnium eſt vis cernens & explanans, quæ à diis hominibus ſignificantur in ſomnis. *ex Cic. lib. de diuinatione.*

Somnus, Græce ὕπνος, ου, ὁ, & ἐνύπνιον, ου, τὸ, ſomnium dicitur. Heb. Schenah & Tardemat. Eſt autem ſomnus primi ſenſitiui comprehenſio, vt homo poſſit agere in neceſſitate quidem facta. *ſecundum Ariſt. lib. de ſomno & vigilia.*

Somnus eſt ligamentum omnium ſenſuum. *ſecund. Ariſt. lib. de ſomno & vigilia.*

Somnus eſt impotentia ſentiendi, propter exceſſum vigilandi.

Somnus eſt paſſio naturalis, & conuentus caloris intrinſecus, vel naturalis reciprocratio, facta ex euaporatione vaporum à nutrimento, ingroſſata à frigiditate cerebri, propter ſalutem animalis tuendam.

Somnus eſt quies animalium virtutum, cum intentione naturalium *ſecund. Auicen.* Vel eſt priuatio diſpoſitionis animæ imperantis ſenſibus, & virtutibus exterioribus, in qua anima conuertitur ab exterioribus ad interiora.

❡ BIBLICI LOCI.

Somnia olim ſeruis Dei familiaria, *Num.* 12.6. Somnia & viſiones, in quibus Deus nonnunquam ſuam voluntatem aperiebat, *Gen* 20.3. & 28.12. & 31.24. & 37. v. 5. 9. & 40.8. & 41.1. & 46 2. *Num.* 12.6. *Iud.* 7. v. 13.15. 1. *Sam.* 3. v. 4 8.11. & 28.6. 2. *Sam.* 7.4. 1. *Reg.* 3. v. 5.15. *Iob.* 7.13. & 33.15 *Dan.* 2.1. & 7.1. 2. *Macch.* 15. v. 11.14. *Matth.* 1.20. & 2. v. 12, 13. *Act.* 16.9. & 18.9. & 23.11. & 27.23. Somnia & viſiones, quæ non conueniunt cum verbo Dei, & doctrina Eccleſiæ ſunt contemnenda, *Deut.* 13.2 *Eccl.* 5.2. *Eccl.* 34.1. & c. *Ierem.* 23. v. 16.25. & 27.9. & 29.8. Somniorum interpretatio à Deo eſt, *Gen.* 41. v. 16.39. *Dan.* 1.17. & 2.23. Somniis non inhærendum. *Eccl.* 5. v. 2.6.

Somnus quibus ſuauis, *Eccl.* 5, 11. ſomno non indulgendum, *Prou.* 20.13.

❡ SENTENTIAE BIBLICAE

Cuſtodi legem atque conſilium, & ſequitur. Si dormieris, non timebis: quieſces, & ſuauis erit ſomnus tuus. *Prou.* 3.

Dulcis eſt ſomnus operanti. *Eccl.* 5.

Securus dormiens requieſces, & non erit, qui te exterreat, *Iob.* 11.

Somniorum conſideratio vana.

Multas curas ſequuntur ſomnia. *Eccl.* 3.

Vbi multa ſunt ſomnia, plurimæ ſunt vanitates, & ſermones innumeri. Tu vero Deum time. *ibid.*

Somnia exto lunt imprudentes. Quaſi qui apprehendit vmbram, & perſequitur ventum: ſic qui attendit ad viſa mendacia. Ante faciem hominis ſimilitudo alterius hominis, *Eccl.* 34.

Obſeruatio prophana.

Non augurabimini, nec obſeruabitis ſomnia, *Leu.* 19.

Et ſicut parturientes cor tuum phantaſias patitur, niſi ab altiſſimo fuerit emiſſa viſitatio, ne dederis in illis cor tuum: multos enim errare fecerunt ſomnia, & exciderunt ſperantes in illis. *Eccl.* 24.

❡ PATRVM SENTENTIAE.

Conſuetudinem meam noſti, breuiſſimo ſomno vtor, & quaſi interuigilo, ſatis mihi vigilare deſiniſſe, aliquando dormiuiſſe me ſentio, aliquando ſuſpicor. *Hier. lib. illuſtrium virorum. epiſt. 87 loquens de ſeipſo.*

Cum ſomnia contingunt, aut ventris repletione, aut inanitione, aut illuſione, aut cogitatione ſimul, & illuſione, aut reuelatione aut cogitatione ſimul, & reuelatione cogitationes ſanctiores, cœleſtiores, virtuoſiores, ſequuntur ſomnia blandiora & delectabiliora. *Greg. Moral. 8 ſuper illud Iob. 7. Terrebis me per ſomnia.*

Iturus in ſomnum aliquid tecum defer in memoria & cogitatione: in quo placide obdormias, quod etiam ſomniare iuuet. Sic, tibi nox vt dies illuminatur, & nox illuminatio tua in delicijs [...] de obdormies, in pace quieſces, facile euigilabis: ſurgens [...] ad redeundum in id, vnde non totus diſceſſiſti.

Caue, ſerue Dei, quantum potes, ne totus quandoq; [...] ſit ſomnus tuus, non quies laſſi, ſed ſepultura corporis [...] reparatio, ſed ſpiritus extinctio.

Quantum ad debitum continui proceſſus, nihil [...] perit de vita noſtra, quam quod ſomno deputatur. *Ber[...] fratres de monte.*

❡ POETARVM DICTA.

Homer. in α. Iliad.

Καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν·
Etenim ſomnium à Ioue eſt.

Idem in ξ. Iliad.

Ὕπνε ἄναξ πάντων τε θεῶν, πάντων τ' ἀνθρώπων
Somne rex omniumq; deorum, omniumq; hominum

Idem in ν. Odyſſ.

Ἥδιστος θανάτῳ ἄγχιστα ἐοικώς.
Suauiſſimus morti proxime ſimilis.

Menander.

Ὕπνος δὲ τοῦ θανάτου προμελέτησις πέλει.
Somnus mortis præmeditatio eſt.
Ὕπνος δὲ πᾶσιν ἐστὶν ὑγίεια βίου.
Somnus autem omnibus eſt valetudo vitæ.
Ὕπνος τὰ μικρὰ τοῦ θανάτου μυστήρια.
Somnus parua mortis myſteria.
Ὕπνος πέφυκε σώματος σωτηρία.
Somnus eſt corporis ſalus.
Ὕπνος δὲ πεινῶν τὴν κακέκχυτον δαμᾷ.
Somnus autem famem mala finis domat.

Ouid. 11. Met.

Eſt prope Cimmerios longo ſpelunca receſſu,
Mons cauus, ignaui domus & penetralia ſomni:
Quo nunquam radiis oriens, mediuſue cadenſue
Phœbus adire poteſt: nebulæ caligine mixtæ
Exhalantur humo, dubiæq; crepuſcula lucis.
Nil vigil ales ibi criſtati cantibus oris
Euocat auroram, nec voce ſilentia rumpunt,
Solicitiue canes, canibusq; ſagacior anſer:
Non fera, non pecudes, non mota flamine rami,
Humanæue ſonum reddunt conuitia linguæ.
Muta quies habitat, ſaxo tamen exit ab imo
Riuus aquæ Lethes: per quem cum murmure labens
Inuitat ſomnos crepitantibus vnda lapillis.
Ante fores antri fœcunda papauera florent,
Innumeræque herbæ, quarum de lacte ſoporem
Nox legit, & ſpargit per opacas humida terras.
Ianua, ne verſo ſtridorem cardine reddat,
Nulla domo tota eſt: cuſtos in limine nullus.
At medio thorus eſt ebeno ſublimis in antro
Plumeus, vnicolor, pullo velamine tectus,
Quo cubat ipſe Deus membris languore ſolutis.
Hunc circa paſſim varias imitantia formas
Somnia vana iacent, totidem quot meſſis ariſtas,
Sylua gerit frondes, eiectat littus arenas.

Senec. Herc. fur.

Vera miſcens falſa futuri
Certus & idem peſſimus auctor.
Pater o rerum, portus vitæ,
Lucis requies, noctiſq; comes,
Qui par Regi, famuloq; venis,
Placidus feſſum, leniſq; foues,
Pauidum lethi genus humanum,
Cogis longam diſcere mortem.

Sen. Herc. fur. act. 4.

Volucer matris genus Aſtrææ,
Frater duræ languide mortis.

Sen. Herc. act. 4.

Tuque o domitor
Somne malorum, requies animi,
Pars humanæ melior vitæ.

Plaut. Moſt.

Non bonus eſt ſomnus homini de prandio.

Sen. Oct. Act. 4.

Quæcunq; mentis agitat infeſtus vigor,
Ea per quietem ſacer, & arcanus refert,
Veloxque ſenſus.

Claud. præfat. 4. Honor.

Omnia quæ ſenſu voluuntur vota diurno,
Tempore nocturno reddit amica quies.
Venator defeſſa toro cum membra reponit,
Mens tamen ad ſyluas & ſua luſtra redit.
Iudicibus lites, aurigæ ſomnia currus,
Vanaque nocturnis meta cauetur equis.